

primus &c. Lineae saepe *Glossis* interfringuuntur, sed Textus jam ad C. V. abrumpitur.

XXII. fol. 187. Doctrina Temporum olim *Computus*, *Compotus* dicta, quae incipit: *Circa initium computi notandum. Scientia stellarum ex te et ex illis. sic scribit ptholomeus Doctor astronomie egregius* &c. In confinio Sec. XV. et XVI. saepius impressa hic sine truncata est.

XXIII. fol. 200. Post Expositionem *Orationis Dominicae* sequuntur *Homiletica* quaedam in varios Scripturae textus magnam partem imperfecta.

XXIV. fol. 217. Tractatus de *Rhetorica*, seu potius scribendis Epistolis, cujus ingressus: *Imitantes vestigia aristotelis dicentis Melius est pauperem ditari quam philosophiam* &c. Succedunt brevibus Praeceptis Exempla, videlicet Epistolae, in quibus cum Nomina *Joh. Renner*, *Cunradi Hirtenberger*, *Joh. Nottunst* &c. Urbes *Ratispona*, *Sulczpach*, *Cham*, et annus 1432. occurrant, fictas non censeo, irata tamen Minerva a Didascalo quodam collectas.

XXV. fol. 229. Sermo germanicus prolixus de S. Spiritu, ejusque VII. Donis, absque inscriptione sic orsus: *Ir liebste in got der heylig geist der wiert noch bewt vnd tägleich gemainklich gesandt unsichtklichen einem yeglichen frummen menschen der sich darzu beraitt* &c.

XXVI. fol. 253. Sermones VI. eadem lingua in totidem Quadra-

gesimae Dominicas, quorum I. incipit: *Nun wil ich erczelen vnd sagen vier übl die da chüment aus czwitracht vnd misbelung* &c. Septem Filias vanae gloriae statuit Orator noster. De tribus prioribus ante Quadragesimam tractasse videtur. Hic quartam et quintam Diffensiones videlicet et Contentiones persequitur; Dominica vero Palmarum ait, se sextam et septimam, irrisiones nempe (*traczmuetikait*) et curiositatem (*furbitzikait*) dilaturum, acturumque de Historia Evangelii et digna ad S. Coenam praeparatione. Multa hic Vocabula antiquata: *Varicht* pro *Furcht*. *Daigen* pro *Diesen*. *Jach* pro *Bekannte*. *Prechen* pro *Gebrechen*. *Widerczam* pro *Widerständtig*. *Tar* pro *Thöricht*. *Weyczen* pro *Fegeseuer* &c.

Fol. 198. hujus Farraginis legitur: *Iste liber Prantlini fuit pie memorie. Et Paulus Plebanus in Regen adhuc quam plures habet. Cujus attestatur Petrus Serttman de Osterhofen Rector in Viechtach. Unde e Bavaria huc adlatam oportet.*

CCXCIV.

Codex membranaceus lat. in confinio Sec. XII. et XIII. scriptus Folior. 138. f. per duas columnas caractere grandi elegantissimo, quamvis non una manu, rubricis distinctus et olim *Montis Pomerii*, vulgo *Baumgartenberg* Ord. Cist. in *Austria* super. sequentia servat: I. Fragmentum *Libri II. de Cain et Abel S. Ambrosii* a n.

31. *Cap. IX.* non penitus Opusculi finem adtingens; ultima enim sunt: *qui mauult peccatoris correctionem, quam mortem.* Probe cum Edit. *Maur. Paris. 1686. T. I. col. 220.* conspirat Lectio.

II. *fol. 2. p. 2. Incipit apologeticum Sancti Bernhardi Abbatis.* Non obtante vetusta manu Sancti compellatio recte hic habet; *Bernhardus* enim jam anno 21. ab obitu, anno videlicet 1174. per *Alexandrum III.* Divis accensus est. Tractatus noster ad *Wilhelmum* feu *Guil. S. Theodorici* Abbatem e primis Documentis est, Ecclesiam parum saepe adjutam fuisse subnatis tot Regularium Reformationibus, quas livor et aemulatio, ut etiam in Claustris homines sumus, facile inter se commisit. Idem dic de diversis religiosis Institutis, quibus eundem sibi scopum praefigere permittit. Verum haec non sunt hujus loci. Extat *Apologia* nostra Edit. *Maur. T. II. col. 527.* cum *Praefatiumcula*, quam Codex non habet, qui continuo incipit: *Venerabili Patri W. frater. B. — Vsque modo si qua me scriptitare iussistis &c.* sinceræ lectionis est, sed aliis Rubricis diuisus.

III. *fol. 12. p. 2. Incipit prologus domni Bernhardi abbatis in opus sequens.* Ita: *Scribere me aliquid et deuotio iubet &c.* Opus sequens sunt IV. *Homiliae super Missus est* cum brevi Epilogo, prout Edit. *cit. T. III. col. 732.*

IV. *fol. 35. p. 2. Sermo de Sancto Nycolao.* Sermo hic in Edit. *T. V. col. 717.* tribuitur *Nicolao*

Monacho Claraeualis, et quaedam aliter habet, quam quidem Codex noster. Sic init: *Nicolaus iste meus, immo et vester, electus ab utero*, ubi Noster: *Nicolaus iste deo dilectus, imo uere electus ab utero*; et mox: *conuentum nostrum sua lactificat festiuitate*, ubi Noster: *reuerentiam uestram &c.*

V. *fol. 39. usque ad fol. 117.* decurrunt *Bernhardi Sermones*, quos *de Diversis* inscribere amant, numero LXV. cum *Mauriani T. III.* censeant CXXV. quibus si Titulorum Indicem praefigere uolissent, multum leuassent operam Codices contendere cupientibus. Igitur non ultra specimen laboris progressus sum. Primus nobis insignitur: *Ad monachos dum fruges meterent*, *Maurianis XXXVII.* Alter: *tempore secationis et messis. de irriguo inferius et de irriguo superius*, *Maur. XXXIX.* Tertius: *secundus de altitudine et bassitudine cordis ex occasione precedentis sermonis*, non itaque diuulendus erat et ponendus XXXVI. Quartus: *de verbis scripture. Populus quem non cognovi seruiuit mihi &c.* *Maur. LXXVII.* Quintus: *de verbis scripture. Quis ascendet in montem domini &c.* *Maur. LXI.* Ulterius viderit, cui singillatim de *Bernhardo* res fuerit; fieri enim posset, ut inter hos maximam partem Sermonuculos lateret unus aliquis, qui *Maurianorum* *ἀνεξιχνίασιν* iussisset.

VI. *fol. 117. p. 2.* continuo praediectis adscriptus est Sermo prolixior *De septem donis spiritus sancti*, qui sic orditur: *Mediator dei*

dei et hominum christus iesus qua conuenientia et necessitate in reconciliatione humani generis septem sancti spiritus donis uti uoluerit, quantum possumus, consideremus. Quia igitur duarum partium inter se discordantium mediator ueniebat, utrique parti eum congruere oportebat. Unde necesse fuit, ut et deo patri per spiritum timoris fideli reuerentia subiectus existeret, et lapso homini per spiritum pietatis misericordiae compassione condescenderet. &c. Extrema sunt: et suos intelligentiae dona discernere faciat. Per eundem D. N. J. C.

VII. fol. 120. p. 2. In Epyphania domini sermo. Incipit: Triplicem huius festiuitatis rationem a sanctis patribus traditam esse cognouimus. Quia uidelicet hac die noua stella nouum regis ortum designans tres magos ab oriente christum in bethlehem adduxit adoratum. cui mystica munera Offerentes auro regem. thure deum. myrra hominem confessi sunt. Hac ipsa die tricesimo etatis sue anno christus iesus ad iohannem baptistam uenire dignatus est, et ut omnem adimpleret iustitiam non minor maiori. non par pari. sed maximus minori se subdidit. et baptizatus est dominus a seruo, magister a discipulo, opifex a figmento, mundus

ab immundo, deus ab homine &c. Finis: ubi nullus dolor sed sempiternus honor inhabitat. Observa, neutrum horum Sermonem Bernhardo inscriptum. Neque ego illius esse censeo, quin tamen, quem autorem dem, habeam. Interim doctum et pium Coenobitam, qualis Guericus, Aelredus &c. fuisse oportet, quanquam nolim cum eo Iohannem Bapt. dicere immundum, quem Bernardus Serm. in Natiuit. eius sanctificatum in utero dixit.

VIII. fol. 124. Incipit tractatus beati Bernardi abbatis. De formula honeste uite. Mirum, tam breui post Bernardum tempore jam illi hanc Formulam adscriptam fuisse, quae a me Vol. I. saepius relata extat inter Subposititia T. V. col. 794. Sed in praesenti Exemplo adjunctam habet Recapitulationem opportuna Coenobitis Monita complexam hoc initio: *Vt ergo breuiter percurram omnia que supra diximus. esto deuotus deo. et cor semper quantum in te est compara cum ipso. Esto prelati humiliter obediens &c. Extrema: castus in omnibus.*

IX. fol. 127. Incipit prologus beati Bernardi de sacramento corporis christi. Rhythmicus est in hunc modum:

Quisquis nostri redemptoris uestiris imagine.

Et diuinis (diuinae) sacramentis deleharis pagine &c.

Quidquid Versuum aut Rhythmorum Bernhardo unquam tributum est, repudiarunt Mauriani, rejeceruntque ad T. V. col. 891. ubi

in Admonit. praevia fidenter Mabilionius pronunciat: *Cistercienses nihil admittebant, quod metricis legibus coeretur.* Quid igitur facies

545

P A T R I S T I C I.

546

cies Poemati hexametrico 638. Verfuum, quod praedictum *Prologum* excipit? A nemine quidem illud ad *Bernbardum* referri video; interim videtis illud inter *Hildeberty Cenomanensis Opera Paris. 1708. f.* editum ab *Ant. Beaugendre Mauriano col. 1155.* qui levibus sane conjecturis *Hildeberty* adferit. Utut igitur *Claraevallensis* non sit, non defuere ta-

men illa aetate *Bernbardi* alii, puta *Carnotensis, Floriacensis, Morlanensis, Corbejensis &c.* facultate poetica pollentes, ad quorum unum aliquem pertinere possit. Verum hac in re certi quidpiam non nisi a repertis pluribus Codicibus expectandum est. Ego ope mei, quod licet, Editionem mox dictam copiosis mendis scitentem repurgabo.

Editio

Codex.

Lege

§. I.

§. I.

Haeret rerum natura, stupet ordo.
res concita cursum.

*Haeret natura, rerum stupet ordo.
res condita cursus.*

§. II.

§. II.

Verbi dira fames.
Quæque satisfacere.

*Verbi dura fames.
Cumque satisfaceret.*

§. III.

§. III.

Adam, nec Adam tam pauper.
non male mixtus.

*Adam pro se, nec pauper.
non male mistus. Propter rhyth-
mum Christus.*

Sorte sua vitam.
Hicque — pro justitiæ veritate.
Creditur in ligno.
Hostia qua foelix.
Quem qui non novit.
Hæc est vera caro veri.

*Morte sua vitam.
Idque — pro iustitiæ gravitate.
Cæditur in ligno.
Hostia quam foelix.
Quo qui non vivit.
Hæc est vera caro pueri?*

§. V.

§. V.

Et saturabatur.

Exsaturabatur.

547

CODICES

548

§. VI.

Non cupit hinc majus bonus.
Non valet in parvo — potiore.

§. VII.

Manna coeleste Deus hic.
Cum pluit a superis.

§. VIII.

Nam res cui panis per idem.

§. IX.

aliud quoddam revocare.
ea scalpit.
Illius ergo Dei virtus quæ patris.
cocta est, quam non aqua varia.

§. X.

crucis inde reformat.
Hujus in historiis pariter.
Cujus nec patrem.
jure, Deumque.
vitemque sacrans.

§. XI.

Noftris non oculis.
Qualia sunt inde.
Quod jus, quod lingua.

§. XII.

vini sine misto.
Sitis vera Deus.

§. XIII.

quæ coenat, coena fit.

§. VI.

Non capit hinc justus magis.
Non valet in pravo — meliore.

§. VII.

Mannam celestem Deus.
Compluit a superis.

§. VIII.

Nam res cui panis pridem.

§. IX.

aliud quiddam renouare.
ea cambit. Non ignota vox.
Filius ergo Dei virtusque patris.
cocta, quam non aqua noxia.

§. X.

crucis inde renormat.
Hujus in historiis patrem.
Hujus nec matrem.
jureque Regem.
vitemque sacram.

§. XI.

Sed nostris oculis.
Qualia sunt in re.
Quod lux, quod lingua.

§. XII.

vino sine misto.
Vitis vera Deus.

§. XIII.

qui coenat, coena fit.

§. XIV.

549

P A T R I S T I C I .

550

§. XIV.

*Myſtica res data, quam
fons vulneris eſſe.
ſententia mulctat.*

§. XV.

ſub ſigno litera.

§. XVI.

*Porta vere patens.
hos ſuſcipiat mala flentes.
Sub qua iuſtitia ſeu ſol.
Nuncque Deum perhibet.
crucis hoſtia ſcindit.
in corde reſcindit.
non tu, Judæa.*

*A §. XVII. v. Hic pascuale ſa-
crum &c. uſque ad §. XIX. v. Ne
ſi præſumas &c. una nobis Mem-*

*Introivit Sathanas.
ad Chriſti populum referetur.*

§. XX.

*ſed quid quoque percipiatur.
Ignoratur: Homo.
Nos movet hinc.
Hunc quia non didicit.*

§. XXI.

Calix, quid in his.

§. XXII.

meditandoque ſuperna.

§. XIV.

*Myſtica res dat aquam.
fons vulneris iſte.
ſententia mulctat. Propter rhyth-
mum reſultat.*

§. XV.

ſub ligno litera.

§. XVI.

*Portavere patres.
nos ſuſcipiat venientes.
Sub qua iuſtitia ſol ceu.
Huncque Deum perhibet.
crucis hoſtia ſcidit.
in corde relidit.
nondum, Judæa.*

*brana cum Verſibus 55. excidit.
Deinceps.*

*Intravit Sathanas.
ad Chriſtum referetur.*

§. XX.

*ſocra, ſed quid percipiatur.
Ignoranter homo.
Nos monet hinc.
Nunc quia non didicit.*

§. XXI.

calix, quid in hoc.

§. XXII.

meditandoque ſola ſuperna.

551

CODICES

552

§. XXIII.

precum, et cor his.
 victima, quæ placet.
 Cui palmam grates.

§. XXIII.

precum reor his.
 Victima, quæ signat.
 Cui palmam Crates. De Laurentio.

Post v. *Rebus in adversis &c.* deest in Edit. hoc Distichon:

*Tales membra manent in Christi corpore sana.
 In vitæ panem rediguntur talia grana.*

Tales ferre Deo.

Tales digna Deo.

§. XXIV.

dijudicans atque majorum:
 seu vana vel apta secuti.
 male quod rapit.
 unde monet — quisque probare
 quantumve deo referante.

§. XXIV.

dijudicat atque malorum:
 seu damno, sive salutis.
 male quod capit.
 Inde monet — quemque probare,
 quantumque deo miserante.

§. XXV.

agni morte litari.
 Sed quid sit, quod quisque sacri.
 Hunc unum populique.
 celebratio jure sacrorum.
 Astra petens aquila.

§. XXV.

agni more litari.
 Sed quid sit, quod quisque facit.
 Hunc vivum populique.
 celebrato jure sacrorum.
 Astra petens aquilas.

Conclusio.

Sic bene cum moritur.
 suus actor abivit.

Conclusio.

Sic bene commoritur.
 suus auctor abivit.

Quivis videt, non esse rem admodum
 difficilem, Tomos in lucem
 emittere, si proponere legenda
 velis, quæ nec ipse intelligas, neque
 adeo des operam, ut intelligas.

In Membrana Codicem postice
 vestiente hæc manu *στυχεωρα*
 habentur: Anno Domini MCCC-

XIX. Non. Februa. Hec noua scripta
 sunt Cantori et Officiatori
 parisiensi. Ceterisque magistris
 ibidem. Johannes Davidis Tholosanus.
 et omnes eiusdem loci magistri.
 Omnibus ad quos presentes
 littere peruenerint. Salutem et gratiam
 sancti Spiritus ac solamen. Anno
 domini M^o. CCC^o. XXIX^o. in
 mense

menſe Septembri Sole exiſtente in libra conuenient omnes planete in ſimul. et ſol erit in cauda Draconis. quod ſignificat res mirabiles ac horrendas. fietque diluuium maximum. et altercatio ventorum per Saturnum et Martem. Creſcetque mare ultra — patientiam fortaiſſe Deſcriptoris; hic enim excuſſit calamum.

CCXCV.

U. 511 Codex membranaceus lat. Sec. X. Folior. 223. formae paene quadrae 4. luculente et probe ſcriptus, rubricis diſtinctus, fuit olim *Conradi Celtis*; habet enim in Theca anteriore foris Iconiſmum Numi *περομην* ejus exhibentis, quem deſcripſi in *Memorab. Biblioth. Garell.* p. 186. intus vero illius *Μονογραμμα* (II) *ἀνογραφοῦ* addita interpretatione *Con. Cel. pro. (tucii) poete*, et Symbolo: *παγεσω φρονισης*. ubi obiter noto, *Job. Cuspinianum* noſtrum iisdem paene Siglis uſum fuiſſe, niſi quod geminum illud II ſuperne connexum formam potius M repraeſentat, nam *Jobannem Cuspinianum Philoſophum Medicum Poetam* uolebat intelligi. Haec ideo monere uifum, quod utriusque literaria *Κτηματα* hodie per Bibliothecas et Literatorum Scrinia vagantur. Eodem praeterea Codicis loco caractere goth. grandi uifitur Weyh. quod Monasterium *Weihenſtephanenſe* ad *Friſingam* interpretari quis poſſit, unde Celtes in ſuis illis excuſſibus quocumque demum modo Librum tulerit. Sed

jam ad rhombum. Continet ille *Aur. Prudentii Clem. Hiſpani* Sec. IV. *Scriptoris Carmina*, jureque merito congiungi poteſt uetuftioribus illis exemplis, quae I. T. Congregationis Oratorii Rom. ut uideatur, Presbyter in *Praef. novae Edit. Prudentii Parmae* 1788. 4. cap. IV. p. 52. enumerat. Praeit litera quadra miniata *Gennadii Maſſil. Caput XIII. de Prudentio* extritum uſque ad uerba: *Commentatur et in morem Grecorum Exameron &c.* ubi *Fabricii* editio legit: *Commentatus est autem*; certe minus recte, jam enim aliud opus *Prudentii Gennadius* nominauerat. Praeterea occurrit, et in *prevaricationem eius pro et prevaricationem*, item *super quorundam nominibus pro sub aliorum nominibus*, denique *speciali tamen conditione pro intentione*, quae expendat Lector. Sequitur: *Incipit Praefacio sequentis Operis. Per quinquennia iam decem &c.* Habemus igitur Librum *Hymnorum Καθημεριων* ſive *quotidianorum*, cujus Titulus: *Incipit Liber Hymnorum Aurelii Prudentii Clementis Nobilissimi Ac Facundissimi Poetae*. Decurrunt Hymni ordine, quo in *Edit. Parm.* de qua ſemper mihi ſermo eſt, ſed numero tantum X. in quo ab Editore diſſentire cogor; Hymni enim II. *Oſtauo Kal. Januarias*, et in *Epiphaniam*, cum annui ſint potius, quam *καθημερινοι*, rectius cum Codice noſtro poſt Librum ſequentem reponuntur. Jam X. *Hymni* noſtri rationem metrorum ſuorum, uel titulo praefixam, uel margini,